

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Modestia n
cum fontibus proximo et primis

Modestia est cultum et motum et omnem nostram
occupacionem ultra defectum et citra excessum sistere,

de qua poeta:
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Hugo.

Modestia est cultum et motum et omnem nostram
occupationem ultra defectum et citra excessum sistere.

De hac dicit poeta:
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma
philosophorum*, I.D.1 (J. Holmberg ed., p.42, ll.1-4).

non ego, avarum
/ cum veto te fieri, vappam iubeo ac nebulonem:
/ est inter Tanain quiddam socerumque Viselli,
/ est modus in rebus, sunt certi denique fines,
/ quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Quintus Horatius Flaccus, *Sermones*, 1.1
(S. Borzsak ed., p.154, ll.103-107).